Michael Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae
Mazoviae Samogitiae Livoniae Kijoviae Volhyniae Smolensciae Severiae Czerniechoviaeq[ue]

Significamus p[rae]sen[tibus] l[itte]ris N[ost]ris quorum interest Vniu[er]sis et Singulis. Consensisse Nos et permisisse consentireq[ue] et permittere per
praesentes Gen[er]oso Petro Paulo a Buzenin Mnißek notario Terrae Premisliensis ut possit et valeat de omni et integro Iure suo
Advocaticio quod ipsi super Advocatiam seu Sultetiam una cum Poponatu in Villa N[ost]ra Lopuszanka existen[tem] sibi servit et competit
cedere illudq[ue] in personam Gen[er]osi
transferre et transfundere. Quae quidem Cessio Jurisq[ue] transfusio posteaquam coram Actis quibuscunq[ue] Regni authenticis facta et
recognita fuerit, Nos eam ratam et gratam haberi volumus. Vti eam quae praevio Consensu N[ost]ro peragetur Vigore cuius Cessi-
onis p[rae]sentisq[ue] consensus N[ost]ri memoratus dictam Advocatiam
seu Sultetiam una cum Poponatu in Terra Premisliensi existen[tem] cum omnibus aedificijs structuris campis Sylvis Lanibus Sta-
gnis Subditis inquilinis eorumq[ue] laboribus et censibus ceterisq[ue] attinentijs et pertinentijs ad p[rae]dictam Advocatiam seu Sul-
tetiam antiquitus spectan[tibus] tenebit habebit et possidebit ad extrema vitae suae tempora. Promittentes pro Nobis et
Serenissimis Successoribus N[ost]ris non esse Nos Serenissimosq[ue] Successores N[ost]ros memoratum a p[rae]dicta Advocatia
amoturos neq[ue] alienaturos nemini[que] alienandi potestatem daturos sed salvum et integrum Jus advitalitatis ipsius conservaturos.
In cuius rei fidem p[rae]sentes manu N[ost]ra subscriptas Sigillo Regni N[ost]ri communiri iussimus. Datum Varsaviae Die
XXVI^ta Mensis Martij Anno D[omi]ni MDCLXXII Regni N[ost]ri Anno III.

Michael Rex

Consensus ad Cedendum Advocatiam in Villa
Lopuszanka existen[tem] G[eneroso] Petro Paulo a Buze-
nin Mniszek in person[am]

Stephanus Hankiewicz
Reg[iae] M[aies]tatis Secretarius

RC

12.

Łopuszanka

Consens ad Cedendum

Conses Na Lopuszanke